



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monstro in puerō per baptismum fugato, cap. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

flagellatuntur. CÆSARIVS: Hoc pleniū notare poteris in diluvio Frisiæ, in quo amplius quam centum milia hominum simul extincta sunt, ac deinde anno tertio circa quadraginta milia. Tempus & causam eiusdem plagæ satis expressi in distinctione septima, capite tertio. APOLLONIVS: Videntur mihi diluvia hæc particularia celerem iudicis aduentum prænunziare. CÆSARIVS: Verum est, quia eodem tempore impletum pro parte est, quod ipse præmisit, dicens: Erit in terris pressura gentium præ confusione, sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore. Nam sicut mihi fetulit Abbas sancti Bernardi, timor tantus erat in Frisia, ut singuli singulis momentis mortem suam expectarent, & quasi arescerent præ expectatione. In qua tanta facta est pressura populorum, ut multi Frisonum prouincias peterent alienas. APOLLONIVS: Ego ista tunc temporis intellexi. CÆSARIVS: Ex quo loqui cœpi de aquis, ostendere tibi volo, quæta Deus miracula, etiam nostris temporibus operatus est in illis.

CAPVT XLII.

Godefridus magister nouitorum nostrorum, anno *In Aquâ* conuersionem parœciam quandam regebat: *& primò* hic cum die quadâ puerum baptizaret, de cuius *de Baptâ* latere pendebat caro miri horroris, mox ut infantem *smi virâ* in nomine sancte Trinitatis tribus vicibus immersum *tute &* extraxit, monstrorum illud apostema nusquam cōpatur: *circa cor-* ruit: quo viso, hi qui aderant glorificauerunt Deum, *ba-* poris *sa-* ptismi vittutem vbiique prædicantes.

CAPVT XLIII.

Qvando peccatis nostris exigētibus, in obsidione Damatiæ Christianus exercitus ex parte datum est in manus Saracenorum, Episcopus Beluacensis ductus est in Babylonem captiuus, & cum eo multi: cumque satis humanè à Soldano tractarentur, femina quædam pagana, ciuis Babylonica, filium sic habebat infirmum, ut nulla spes vitæ esset in illo. Nocte quadam ostensum est ei in somnis, ut si prædictus Episcopus illum baptizaret, mox omnem corporis

R 1 2 flospi-